


divinus. Non de sunt alia plurima remedia, sed hæc de communibus auxiliis satis sint. Nunc de peculiari viperæ curatione est agendum.



DE CURATIONE

ictus viperæ.

CAP. XXXII.



Erpentum morsus citam exoptulant curationem, quamvis in ea Antiqui plurimum evacu- ant, ut in singula anguium genera singula remedia præciperent, atque aliis alia, sed in omnibus eadem maximè proficiunt. Inprimis igitur super vulnus membrum vinculis constringendum est, non tamen nimium vehementer, ne torpeat, deinde statim venenum extrahendum est; si locus feret, cucurbitula id optimè

præstat, neque alienum est ante scalpello aut ferro incisorio circa vulnus incidere, quo plus vitiiati jam sanguinis extrahatur; sin locus non ferat, scarificetur tantum vulnus latius, & deplumata galli aut gallinæ cauda superimponatur ut attrahat; vel si homo adsit, qui vulnus exugat, neq; Hercules scientiam magis præcipuam haberet, ut hi, qui Psylli nominantur, sed audaciam tantum usu ipso confirmatam; nam venenum serpētis & alia venena, quibus Galli præcipuè utuntur non gustu, aut suctu, sed in vulnere & ulcere nocent, ideòque colubra ipsa tutò estur usus ejus occidit non caro, & si stupente ea fugere. Quod etiam per medicamenta circulatores faciunt, in os digitum si quis indiderit, neque percussus est, nulla in ea saliva noxia est. Ergo si quis exemplum Psylli sequutus id vulnus excusserit, & ipse tutus erit, tutum hominem præstabit. Illud verò interea in primis sive ante attendere

dere debetis, ne quod in genis Plato aliave parte oris ulcuscula habeat; post hæc, hic homo calido loco collocandus est, sic, ut id quod percussum erit, in inferiorem partem inclinetur. Si neque qui exugat, neque cucurbitula est, aut Gallus implumis; sorbere oportet jus anserinum, aut quod magis placet, anatinum, vel agninum, aut vitulinum, & vomere cum galli stercore; aut vivum galum per medium statim dividere, & protinus calidum superponere vulneri, sic ut pars interior vulneri jungatur. Idem agnus & hædus præstant catulus, calida ejus carne statim super vulnus imposta. Sed si, ut dictum antea à me est, Viperæ caput, vel Jecur cum felle, vulneri imponatur, quadam naturæ lege vel consensu venenum ad se retrahit; nam reliquæ partes viperæ, quæ intus assumptæ, per extima ad cutim expellunt. Præfensq; in aliquo antidoto præsidium est, vel theriaca Andromachi, vel a-

lia

lia, quæ infrà proponuntur, vino vel aqua vitæ necesse erit exforbere, vel cum pipere, ne humorem intus coire patiantur: maxima enim venenorum pars frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, utilia sunt. Licuit hujus à Cornelio Celso curationem mutuari ex lib. 5. Earundem quoque libro 6. meth. med. capit. 10. Actuarius inter tumores præclarissimè instituit. Galenus libr. 6. de sanitate tuenda, & 2. de Antidotis, Apollodori contra viperam antidotum præponit, & alterum Cæsari à Galeno exhibitum, & tertium rustici medici. Lib. 9. de simplicium medicamentorum facultatibus ophytem lapidem suspensum sanasse scribit. Lib. 3. de Locis affectis medicamentum ex Viperis propinat. Antipharicum Heraclidis lib. 2. de Antidotis commendat. Dioscorides propriis libello & capitibus integram curationem absolvit. Fraxinus suo odore serpentes fugat, uti Plinius asserit;

ferit, fraxinella, quæ diptamnus albus ab Arabibus dicebatur, pariter fugat odore, sic galbanum, sic sulphur incensum. Q. Sereni Medici Poëtæ singularissimi in communi serpentum curatione, sic his carminibus succurrit cantus:

Cuspide non quisquam longe neq; cede sarissæ.

Fulmine non gladii, volucris non felle sagittæ.

Quam cito vipereo potus est affligier ictu.

Quare aptam dicamus opem succosq; medentes

Cui nocuit serpens (fertur caput illius apte

Vulneribus jungi) sanas quæ sauciat ipsa,

Vtque sarissæa curatus Telaphus hasta. &c.

Crates Pergamenus, referente Plinio, in Hellesponto circa Parium *Libr. 7.*
genus hominum fuisse tradit, quos *Cap. 2.*
Ophiogenes vocat, serpentum ictus
contactu levare solitos, & manu
imposita venena extrahere corpori.
Varro etiam nunc esse paucos ibi,
quorum salivæ contra ictus serpen-
tum medeantur, & Viperas horum
saliva interfecisse creditur, quod
perperam in omnes transferre vo-
lunt. Similis in Africa gens Psyllo-
rum, ut Agatarchides scribit, à Psyl-
lo

lo Rege dicta, cujus sepulchrum in parte Syrtium majorum fuit. Horum corpori ingenitum, ut quidam volunt, exitiale virus fuerat, serpentibus noxium, ut cujus odore sopirent eas. Mos quoque eis fuerat liberos genitos protinus objiciendi savissimis carum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hi ipsi Pſylli & Marſi olim reliquarum Venena terrarum invchentes quæstus ſui cauſa peregrinis malis implevere Italiam totam omnibus peſſimis feris, ſerpentibus. Hæc ſunt quæ ex antiquitate Viperino ictui collatura præcipuè colligere exiſtimavi; & hunc finem operi imponam, modò plus mali à pravis hominibus cervici noſtræ nobiſque impendere, aut inſtare, quam ab ipsis Viperis, quæ miro auxilio eſſe poſſunt. Deo optimo maximo referatur gratia, & nomini ejus perpetua comes gloria, humano generi pax & ſanitas.